



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XIV. Die Städte Brandenburg, Berlin und Köln vereinigen sich über die gemeinsame Bestrafung von Verbrechen, am 4. Mai 1309.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

scientia super his confectum, nostre civitatis sigillo duximus roborandum. Actum et datum Brandenburg anno domini MCCCIX. feria sexta ante purificationem Marie.

Nach dem Original in der St. Gotthardskirche. — Lenz br. Urk. S. 182.

XIV. Die Städte Brandenburg, Berlin und Köln vereinigen sich über die gemeinsame Bestrafung von Verbrechen, am 4. Mai 1309.

Viris laude dignis Consulibus in Brandenburg consulum universitas in Berlin et in Colonia obsequiosam in omnibus voluntatem. Tenore presentium vestre recognoscimus honestati publice protestantes, quod hanc inter nos ordinavimus seu fecimus unionem, quod, si aliquis proscriptus seu maleficus deprehenderetur per vos vel cives vestros, expense, que super eo fierent, per vos ferre debetis usque ad finem cause; si vero tempore medio aliqua in hiis consurgeret violencia contra juris ordinem, illas expensas communiter ferre volumus inter nos. Item si aliqui cives traherentur ad placita terre, que in vulgo dicuntur Lantdine, extunc, sicut exnunc, expense communes esse debent. Item si aliqua enormitas sive violencia per potentes aliquos fieret in nostra civitate, dummodo consules talem sibi assumerent violenciam, tunc iterum expense communes esse debent. Datum in Berlin anno domini M^o. CCC^o. IX^o. dominica ante ascensionem domini.

Nach dem Original. — Lenz, Urkundenammlung S. 919. Gercken's fragm. march. T. VI. S. 7 f. No. III. b.

XV. Markgraf Johann schenkt den Kalandsbrüdern zu Brandenburg gewisse Hebungen aus Egin, am 15. März 1310 oder 25. April 1315.

Nos Johannes, D. G. Brandenburgensis et Lusatie Marchio, presentibus publice profiteor, quod ad laudem Dei omnipotentis ejusque sancte genitricis virginis Marie et omnium sanctorum, ad salutem quoque animarum, nostre videlicet et dilecte matris nostre ac patris nostri pie recordationis Domini Hermanni Brandenburgensis quondam Marchionis et aliorum predecessorum ac successorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum, fidelibus nostris Burgenfibus in civitate nostra Brandenburg, qui dicuntur et sunt fratres calendarum exilii, proprietatem dedimus et damus presentibus trium chororum filiginis, quos habent in redditibus in villa Etzin minus quatuor modiis, cum quibus redditibus et aliis Eleemosynis peregrinos fovent et ipsis mortuis corpora tumulant pie charitatis opera exercentes. Mandamus igitur et volumus, ut nullus advocatorum nostrorum vel officiorum de dictis tribus choris minus quatuor modiis aliquam precariam exigat aut servitium privatum vel commune. Sed volumus eosdem fratres calendarum exilii in eisdem bonis gaudere perpetua libertate. Hujus rei testes sunt Christianus de Gerhardesdorff, Henzko de Groben, Buffo de Mylaw, Henningus de Vorland et Locstede, milites, et Echardus de Bardeleve Marchalcus noster. e. p. a. f. d. Actum et datum ibidem Brandenburg A. D. MCCCX. die XV. Martii.

Nach Buchholz a. a. D. S. 169 aus der Süßmilch'schen Sammlung. Das Jahr ist jedoch wahrscheinlich unrichtig angegeben. Nach einer im ersten Bande des zweiten Haupttheiles abgedruckten Urkunde des Markgrafen Johann besand dieser sich Anno dom. M. CCC. XV. die Marci (Evangeliste) in Brandenburg, d. ist am 25. April 1315. Daraus hat ein ungeschickter Copist vermuthlich das obige falsche Datum gemacht. Vgl. Hauptth. II. B. I. S. 371.